... honorandi

... cum obsequiorum nrorum comendatione,

16 Feb. 1563.

Quod nuntii varij, lras has nras interuerterunt rumores de statu
Comitiorum, atq[ue] omnia sollicitudine ac pauore compleuerit in
Prussia, existimare facile possumus, ut non iniuria silentium hoc
nostrum Rdas D. V. reprehendere, & certiora iam pridem a no-
bis expectare debuerint. Verum quo minus crebriores mittere po-
tuerimus in causa fuere primum perplexa rerum omnium incertitudo
& subitae mutationes, deinde quod spem de die in diem nobis
promittentes meliorem, eo tardius officio nosmet functuros esse
consideremus. Quocirca cum res ordinum Regni in ambiguo pepe-
nderint hactenus, & Prutenica quoq[ue] negotia iam statim a principio
aduentus nri. variis tentata procellis, dubijs etiamnunc fluctua-
rent & iactarentur uentis, lras nisi rebus uel confectis, uel ex
quibus futuri exitus coniectura facilis haberi posset, mittendas
non putauimus, praesertim cum & nunc res Prutenicae quibus-
dam dissensionibus inter R. Mtem D. Regni Consiliarios, Nuncios
q[ue] terrestres obortis, quietem aliquot dierum & tranquillitatem
adeptae fuissent, quando ab assiduis oppugnationibus paululum
respirare ac se colligere possent. Initium illarum contentionum [illegible]
Consiliarijs quibusdam profectum erat, qui omnia pr[...] tempo-
ris acta, consensumq[ue] Regnicolarum in Executione, conuelle-
re rursus & retractare incipiebant. Erat enim iam antea
ab omnibus, cum eorum suffragijs & sententijs recepta ac ap-
probata, ut nihil restaret amplius, q[uam] ut decreto promulgaret-
ur publico, cum repente quidam Palatinus, agitato clam cum
multis alijs, ut creditur, consilio, publice negare, imo se in eam
consensisse Executionem, quae nunc tantopere a Nuncijs fla-
gitaretur, neq[ue] eam esse Statuti mentem, ut ciues bonis, beneme-
ritos de Rep: & quibus ea tanq[uam] fructus laborum & tot aerumnarum
bello tamq[ue] perpessarum, concessa fuissent, exuere uellet. postulare
igitur, ut illa iterum Statuti uerba inspicerentur, & attentius quid
sibi uellent, ponderentur. Negi enim passuros sese, ut quisq[ue] faculta-
tibus se suis fraudari & exui, satis superq[ue] Regis animum ac-
cendisse Nuncios, minas intentasse, & ni ipsorum concederetur
postulatis, ad campum prouocasse, se diutius hanc procaciam auribus
non posse audire patientibus. Esse enim & alijs uires & arma
quibus campi fortunam, si ita liberet, experiri uellent. Consti-
tutum enim penitus esse nihil discedere a iuribus & priuile-

84

[illegible]
ribus uerbis pleno
lmantib: Nuncijs, indignata R[...]
probassent sententijs, hoc mutabile uolunta[...]
consilio excessit, ac postea biduum proximum Senatu abstinuit inter
dum turri se latericia tenens, ubi multis internuncijs ultro citroq[ue]
& a Consiliarijs & Nuncijs, de mitioribus quibusdam Exequu
tionis conditionib: tractatum est. In Senatorio uero interea dis
ceptationibus acerrimis, magnaq[ue] libertate pugnatum est. Tertio
demum die R. M.tas Senatum ingressa, cum ipsos adhuc dissentire
ac uariare sententijs cognouisset, medium sese ipsa interposuit, atq[ue]
ad aequitatem adijciens animum, uiam inuenit, quae sibi tolerabilis &
moderata, ac nullo pacto illis recusanda uideri deberet. Statutum Alex
andrini rigorem & acerbitatem, temperatura probabili & aequissima non
tam abrogat, quam corrigit, lenit ac mitigat, legesq[ue] concordiae proponit
dictisq[ue] tales, quae ab omnibus sine recusatione admitterentur. Primum
ut donationes post Alexandri Statutum factas tolleret omnes, irritasq[ue]
& cassas esse iuberet, exceptis illis, quae Ciuitatibus, Rebus publicis, &
Collegijs donata essent, quibus nihil detrahi neq[ue] auferri deberet.
Deinde, ut quarta pars ad arendas Capitaneatuum pro Regni defensi
one amplius quam antea factum erat, accederet, ad mensam uero Regia
ea tantum, quae tres arendarum expressa essent, numerarentur. Atq[ue]
in eas conditiones ab omnibus consensum est partibus. Caeterum
exitus ipse ostendit, Status Regni ex ea concertatione sua, commu
nibus uiribus in ruinam omnium Iurium, priuilegiorum & libertatum Prussie
armasse, ac mutuum adhortatos esse sese, Rebus enim iam hoc mo
do compositis & transactis, omnes impetus & tota moles in Prutenos
conuersa et effusa est. Miserat paucos ante dies R. M.tas Craco
uiam, ad adducendum ex archiuio suo Iura Prussiae, quibus allatis,
dies est Prutenis praestituta XII Iunij ad comparendum. Iuraq[ue]
illa eo die, exclusis ac non uocatis Prutenis, qui ut accirentur
diu praestolati fuerant, perlecta sunt in Senatu, ast cum temporis
esset breuius, quam ut perlegendis omnibus sufficeret, datum est nego
cium D. Myszkowio a R. M.te ut is reliqua domi perlegeret,
ac quae praesenti conducere iudicaret instituto diligenter per
quireret, Alter deinde terminus datus est ijs XIIII. cum rursus
ad desperationem usq[ue] expectassent ut uocarentur, Restabant
enim quidam adhuc articuli, de quibus non satis conueniebat in
ter Consiliarios, ijs tum sine conclusis sunt in aliud tempus re
iectis, producta sunt a D. Myszkowio Iura Prussiae, quibus ille le
gendis ac recitandis diu bonam magnam partem diei extraxisset

[...] R. Ma^tis
[...] sum inter Consiliarios datu capere, Ibi
cum Palatinus Culmen. exposuisse se, respondit, iam antea
causas, quare Prutenis neque conveniret, neque integrum esset consi-
dere in Consiliarijs Regni, cum quoque afferre aliud quod in com-
missis non haberent, vel in Instructione non comprehensum esset,
quare et nunc ex superabundanti se protestari, quod privile-
gijs Prussiae repugnent ea quae flagitantur, petere que, ne Ma^tas R.
ad iniqua se compelleret. Quae excusatio sic accepta est, ut statim
consurgens quidam, hortatus sit R. Ma^tem, ut eam dissensionem
non admitteret, neque enim se videre causam, quamobrem tanto-
pere obluctentur illi et repugnent, cum nostri id sit, ut qui unum
agnoscant Regem, eodem pareant imperio, eodemque utantur
sigillo, iisdem quoque utantur Iuribus neque Statutis. Iterumque
D. Palatinus, esse Prutenis propria sua iura gaudere priva-
tis privilegijs, neque quicquam ad Poloniae pertinere Statuta, sed
tanto propterea, ut R. Ma^tis iussa non mandatum solum, sed et
imperarentur. Ut fecerunt, Quare cum loco tribuere longius tandem
ne differre, tertio protestatus est, non se hoc voluntate age-
re sua, quod locum nunc caperet, neque ut cuique secundum hoc suum
praeiudicio esse deberet, aut in alijs successoribus posterisque
suis in extremum trahi possit, sed ut R. Ma^tis mandato obsequeretur,
sese Sparre, ac eo loco tum sibi cuique esset assignatum, Palati-
nis post Palatinos. Castellanis post Castellanos. et sic ordi-
ne sedere iussis, Civitatib: extremo in loco ubi ordo claudebatur
Senatorum, extra tamen circuitum, scamna sunt posita. Sedentib. .. propt. iniuriam
iam ipsis, multa tacta sunt ex articulis Executionis et
Provisionis, et in quibus et iam Pruteni admoniti erant, Proc-
trus vero Culmensis, ex Amicis Nobilitatis et minorum Prussiae
Civitatum primarius, Exposuisse se iam antea, ait, quae esset
mens et sententia Amicorum Nobilitatis de Executione Qua-
re et nunc idem petere a R. Ma^te, ut in iudicio quoque, in-
res rigore Statuti decerneret quod illos Statuto huic obnoxios
redderet, sed ut fiat iure discusso, aut quocunque alio modo, quod
si facere dignabitur R. Ma^tas, sese nos admonituros Regi-
ae voluntati, ut bona iussu sua a privatis regalia possessionis.
Tum Rex. Auditis, rogavit ad proceres Prutenos, quid isti
dicant et cupiant. Quam vocem ibi [illegible] excepere [illegible],
[illegible], Rogaruntque, ut R. Ma^tas memor esse velit promissi
sui, quo pollicitus fuerat, se Prutenos ad Executionem compul-
surum, quocirca nunc ut in ipsa insisteret, petere et obtestari.

sed nondum [illegible]
[illegible] contra eos procedere
[illegible]. Ad ea confestim proprie [illegible]
Petr. Simon, asserens, Regnum suum parat ipse [illegible]
[illegible] quandocumque sit in eorum [illegible], privilegia, neque [illegible]
quam ut faciat more [illegible] ulla [illegible] tecto. [illegible]
largi et subsidia et conspirata commonuerunt. Suspens. R. Mat.
Quod hic promittat [illegible] nequit. abijt e Senatorio, aliquo
sic cognita nunc tam solutus sit. Pridemque hodie [illegible]
adessit. Et tota quisque sua timore iussi sunt, hic quod nobis
daturus sit dies, dixerit. Expectamus. Nos quidem [illegible]
istam a tergo nondum solvimus, et tametsi saepe [illegible]
a D. Episcopo ut nos auxilio, operaque, aditus nobis ad Sena-
tus pararetur, isque studium nobis suum hac in re libenter offer-
re ac reciperet, tamen in hunc usque diem obtinere nihil adhuc
potuimus. Captabimusque quotidie occasionem ea perficiendi. Si
tamen diutius supra omnem spem nostram hic nos magno cum discri-
mine et vitae et valetudinis nostrae haerere necesse fuerit, dabimus
operam, ut de ijs rebus quae nunc praesentibus sunt R.ae D. V.
certiores faciamus, aut propter alia fortassis [illegible] remanendum.
Cupimus R.dam D. V. bene et feliciter valere, nobisque nobis in-
[illegible] Datae [illegible]. XVI Februarij. Anno M.D.LXIII

Eustathius
Gasp: Hanovius